

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De secularis potentie exitu

53

Tanquam perpetuis vita hec sit firma columnis:
 Nec moribunda quidem capiat & tempora finem.
 Magnanimus cesar qui sub iuga romula traxit
 Marte sed in domito /spaciosi climata mundi:
 Et tenuit sceptrum regni /falcesq; superbos,
 Solus: & incepit ciues torquere potentes
 Tempore sed modico tam seua potentia mansit.
 Horrenda cecidit tandem cum morte necatus.
 Sceptraq; persarum Darius tulit: optima regna &:
 Sed non contentus propriis: externa cupiuit
 Imperia: hinc proprium perdit regnum & dyadema:
 Ipse etim xerxes regum ditissimus olim:
 Dum cupit externas bello popularier oras
 Attica regna adiens: amisit /castra /virosq;:
 Atq; rates pariter turritas misit in vndis.
 Et Nabuchodonosor scepro Babylona gubernans
 Fortune nimium dum fidit: tentat honores
 Diuinos prestare sibi: at diuina potestas
 In speciem bruti regem mutauit inanem.
 Magnus Alexander cui vix suffecerat orbis
 Immensus: grauis primus dominator in oris:
 Non secum ad stygiam sua vexit regna paludem
 Quid Cyrum refero: lambens in morte cruorem.
 Sanguinis ipse sui: sic transit gloria mundi.
 Croesus quandoquidem regnisq; /opibus vel opimis:
 Non contentus erat: tamen hunc fortuna fefellit.
 Euertitq; suum regnum: atq; potentia scepra.
 Omnia regna cadunt: ruit & mundana potestas:
 Exemplum dat Roma potens: Carthago: Micene.
 Et Solyme, atq; Tyros: & Grecia tota: subibit
 Mox latium: p̄eunt quia nam mortalia cuncta
 Que facimus: cunctis exitus vnus erit.

Qui p̄cium poscit quod non meruisse videtur:
 Atq; sup fragilem ponit sua brachia cannam:
 Illius in dorso cancrorum semita stabit:
 Deuolet inq; suum rictum /satis assa columba.

Rij

Iuu. nat
 in satyra
 oibus in
 terris.

Darius
 Rex per
 sarum.
 i. mah. i.
 xerxes.
 de quo
 Iuuenal
 nabuch
 onono
 Dañ. iiii.
 alexāder
 magn?
 Iuuenal
 Cyrus.
 Herodo
 tus et lu
 stin^o li. i.
 Cresus.
 Herodo
 tus li. i.
 ecci. xlix
 Iob. iiii.
 apocali.
 xviiij.
 Sap. viij.